



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lerna Malorum Omnium; Sive Gravitas, Et Damna Peccati Mortalis**

**Arias, Francisco**

**Monachii, 1648**

Cap. IX. Ostenditur peccati mortalis gravitas, ex fine, propter quem Deus hominem creavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46756)

Ostenditur peccati mortalis gravitas ex  
fine, propter quem Deus homi-  
nem creavit.

C A P. I X.

**E**X fine, ad quem res aliqua ordina-  
tur, cognoscitur illius natura, &  
qualitas, emolumentū, quod per eam  
acquiritur, & damnum, quod ex ipsius  
amissione resultat. Omnes creatæ res  
habent fines suos, & officia, propter  
quæ Deus illas creavit, & ad quæ eas  
post ipsam creationem ordinat: & quæ  
sunt meliores, habent excellentiores  
fines immediatos, ad quos ordina-  
tur. Homo habet finem, & officium  
suum, ad quod Deus illum creavit: &  
quemadmodum ipse omnium creatu-  
rarum, quas Deus in hoc visibili mun-  
do fecit, optimus est, sic officium, &  
finem habet omnium excellentissimū,  
qui est cognoscere Deum, & ipsius po-  
tentiam, bonitatem, & sapientiam;  
contemplari eum, toto corde amare,  
honorare, & glorificare, exequendo  
mandata eius, & in rebus omnibus glo-  
riam

riam illius quærendo. Docet hoc Ec-  
 clestasticus, dicens: *a Deus creauit ho-*  
*mines secundum imaginem suam, & de-*  
*dit illis scientiam Spiritus, quâ cogno-*  
*scerent res naturales, & celestes, bonum,*  
*& malum. Posuit in eis oculum su-*  
*um, & lumine naturali, gratiæque, quam ipsis infudit,*  
*ostendit illis magnitudinem, ac pulchritu-*  
*dinem operum suorum, ut nomen san-*  
*ctum eius collaudent, & glorificent, &*  
*gloriantur in mirabilibus, quæ propter*  
*ipsum operatus est, & cum cordis su-*  
*i iubilo enarrent magnalia Dei sui, per-*  
*fectionemque operum eius, ut omnes*  
*illum laudent, ei seruiant, ipsum hono-*  
*rent. Ad hoc officium, & propter hunc*  
*finem Deus hominem in hac tempora-*  
*li vitâ creauit, & ut ipsum in alterâ vi-*  
*tâ, quæ æterna est, lumine gloriæ cla-*  
*rè videat, ipso fruatur, amando ipsum*  
*summeque in ipso delectando, & cum*  
*ipso æternum regnet. Hoc testatur*  
*Christus in eâ sententiâ, quam secun-*  
*dum*

*a Ecclic. 17. 1.*

Edum iustos pronunciaturus est, dicens:  
*Venite benedicti Patris mei, possidete pa-*  
*ratum vobis caeleste regnum a constitutio-*  
*ne mundi.* *a* In hunc finem Deus ho-  
minem creavit, non ut hic amorem,  
curamque suam in terrenis bonis col-  
locaret, nec ut honorem, gloriam, vo-  
luptatemque fluxam mundi quaereret.  
Cum enim homo ratione animae sit  
immortalis, & aeternus, maiorisque  
esse, ac valoris, quam omnes orbes cae-  
lestes, totumque visibilium creatura-  
rum uniuersum, non decebat creari  
eum ad fruendum his caducis, vanis-  
que terrae bonis, sed ut omnem suam  
amorem, & sollicitudinem in Deo po-  
neret, eiusque caelestibus, & aeternis  
bonis fruere. Hoc tam sublime, &  
gloriosum officium, ut homo exerce-  
ret, atque hunc felicem finem conse-  
queretur, dedit illi Deus animam fa-  
ctam ad imaginem, & similitudinem  
suam, & corpus cum omnibus suis po-  
tentijs, sensibus, gratijs; & habilitati-

E 4

bus

*a Matth. 25. 34.*

bus naturalibus, & supernaturalibus  
 & imperium, ac regimen omnium re-  
 rum huius mundi, subiiciens eas ipse  
 obsequio; & in hunc finem dedit ei  
 vitam, & sanitatem, ingenium, spem,  
 temporalia bona, vt his medijs ad  
 Deum ipsum cognosceret, amaret, ipse  
 obediret, ipsoque frueretur; quemad-  
 modum S. Paulus Philosophis Athe-  
 niensibus ostendit, dicens: *a Deo  
 creatus mundum, & omnia, quæ in eo sunt,  
 dedit hæc omnia hominibus, vt eundem  
 Deum quærerent, & quærendo eum  
 inuenirent, ac voluntariè, ipsum attrectarent  
 animam, & corde desiderando eum,  
 per amorem, obedientiamque volun-  
 tatis eius, ipsum inuenirent.* Præter  
 hæc bona, donaque naturalia, quæ  
 Deus homini dedit in hunc finem  
 honorandi ipsum in terrâ, fruendi que  
 in cælo, dedit ei alia multò meliora, et  
 excellentioraque, ac mirifica bona,  
 dona supernaturalia inspirationum  
 fauorum, auxiliorumque diuinorum

virtu-

a Act. 17. 24.

virtutum infusarum, gratiarum cælestium, sanctissimæ legis, Sacramentorum, Prophetarum, Magistrorum Spiritualium, & Angelorum. Et super alia omnia dedit seipsum Hominem factum, patiendo, moriendoque propter eundem hominem, & communicando ei omnia passionis suæ merita, & fructus, vt omnibus rebus iunaretur, mouereturque efficaciter ad faciendum hoc officium seruiendi ipsi, & consequendum hunc finem ipso fruendi. Sic canit Zacharias, dicens: *Benedictus, laudatusque Dominus Deus Israël, quia visitavit plebem suam, tribuens ei immensa beneficia, ac misericordias; & fecit illius redemptionem, eripiens eam à captiuitate peccati, & dans ei perfectam ab omni malo libertatem; vt de manu inimicorum nostrorum, hoc est, Dæmonum, peccatorum, omniumque iniquitatis instrumentorum liberati, seruiamus illi in sanctitate, quæ est pietas, quâ Deus honoratur, &*

E 5

*iusti-*

*a Luc. 1. 68.*

*institiâ*, quæ est omnium virtutum im-  
 pletio; neque hæc seruitus duret limi-  
 tato aliquo tempore, sed *omnibus die-*  
*bus vitæ nostræ*, donec ex hac tempo-  
 rali vitâ ad æternam transeamus. Cum  
 hoc hominis officium, ac finis sit, & i-  
 ter à Deo auxilia, donaque ad officium  
 istud faciendum, & finem istum con-  
 sequendum habeat, peruertit pecca-  
 tum mortale totum hunc diuinum or-  
 dinem, & destruit omnes has intentio-  
 nes, consilia, inuentionesque Dei, & in  
 diuersum omnes agendo, facit admo-  
 dum contrarias bono hominis, ac glo-  
 riæ Dei. In quo immensa peccati gra-  
 uitas apparet: nam homo peccans  
 eum Deum per ipsius creaturas debe-  
 ret cognoscere, eumque contemplari  
 nescit, quis ille sit, non ipsum agno-  
 scit, facit creaturas Deos, & veri De-  
 obliuiscitur. Et cum amare eum, glo-  
 rificareque deberet, offendit, & sper-  
 nit ipsum, transgrediendo mandata  
 eius, contraque ipsum rebellando. Et  
 eum deberet animam, omnesque po-  
 ten-

tentias illius, & sensus occupare in placendo Deo, occupat ipsos in offendendo eo, & ad iracundiam prouocando. Et temporalia bona, quæ in pia opera, ad Dei obsequium, deberet impendere, in opera mala, diuinæque legi contraria infumit. Et creaturas huius mundi, quæ ipsi media, adminiculaque ad seruiendum Deo, & animam suam saluandam esse deberent, ipse fumit pro armis ad impugnandum ipsum Deum, suamque animam perdendam. Et dona, fauoresque supernaturales Dei, & omnia merita communicata sibi à Christo, & media sibi ab eodem pro ipsius salute applicata, per quæ in Dei amore accendi, & homo diuinus, cælestis, diuinitatisque ipsius Dei particeps, & gloriæ eius socius fieri deberet; facit, vt omnia frustra sint, & infructuosa, non vtendo eis, & eadem in damnum suum, suæque damnationis augmentum conuertit. Cum enim tot remedia, & auxilia ad non peccandum, & de peccato, si



in id lapsus est, emergendum, sequē  
 conseruandum in gratiā, & saluandū  
 habeat; non illis vti, est, contemner  
 illa, culpamque, & pœnam damnatio  
 nis suæ augere. De hac iniuriā, & of  
 fensâ, quam peccatores ei faciunt, nul  
 lum vtilitatis fructum ex ipsius meri  
 tis, ac donis capiendo, conqueritur.  
 Christus per Isaiam, dicens: a Eg  
 Patri meo cœlesti dixi: in vacuum pro  
 isto populo laboravi; sine causâ, & vanâ  
 fortitudinem meam, omnemque con  
 poris mei vigorem consumpsi, tot pro  
 illo cruciatus, & ærumnas tolerando.  
 Nam ad ingentes, quos pro illo sustu  
 nui, labores, ac passiones, adeò fue  
 runt pauci, qui fructum inde percepe  
 runt, vt possim dicere, incassum labo  
 rârâsse me, & sine fructu passum esse.  
 Ergo iudicium meum cum Domino, &  
 Patre meo est: in manus illius causam  
 meam committo; ipse videat, ac iud  
 cet, cuius culpa sit, & quomodo pe  
 nienda. Sic homo per peccatum mor  
 talis

rale facit, planè contrarium officio, ac fini, propter quem creatus est, & quantum in ipso est, omnes Christi labores, meritaque vana, & irrita reddit. O quàm magnum, ô quàm enorme malum est peccatum mortale, quod facit, ut homo, qui deberet ex officio suo studere oblectando, glorificandoque Deo, sumat pro officio offendere ipsū, & inhonorare; utque idem homo, qui pro fine vitam, & gloriam æternam habere deberet, mortem, atque damnationem perpetuam pro fine habeat? O quantâ ratione Ecclesiasticus horum miseriam, ruinamque deplorat, dicens: *a De his, qui dereliquerunt vias rectas virtutis, quæ ad cælum ducunt, & diverterunt in vias pravas peccati, quæ ducunt ad æternum interitum. Et quid facient, quò fugient, ubi se abscondent, cum peccata ipsorum inspicere, eosque iudicare, & punire, ceperit Dominus?* Cognoscamus igitur, attenteque per hanc rationem confi-

E 7

dere-

a Eccles. 2. 16.

deremus peccati mortalis gravitatem,  
 & tantum malum odio habentes, fu-  
 gientesque, officium nostrum fideliter  
 faciamus, nec declinantes tendamus  
 ad finem, quò nos creavit, ac redemit  
 Deus, qui est, ipsi servire, glorificare  
 ipsum, & ipso frui. Atque ita imple-  
 bitur in nobis, quod S. Paulus Aposto-  
 lus Fidelibus, qui iusti, sanctique ho-  
 mines sunt, dicit: *a Nunc liberati a*  
*peccato*, quippe cuius veniam per pe-  
 nitentiam obtinuistis, & *serui facti Dei*  
*cui voluntarie obeditis, habetis fru-*  
*ctum vestrum sanctitatem, puritatem-*  
*que vitæ, & bonorum operum, quibus*  
*Deum glorificatis, exercitium; finem*  
*verò vitam aternam.*

*a Ad Rom. 6. 22.*

*Ex diuinorum beneficiorum magnitudi-*  
*ne peccati mortalis gravitatem*  
*cognosce.*

C A P. X.

**S**iquis beneficia ab altero accipit,  
 gratiam ei idcirco debet, amorem  
 &